

54. *tum legibus
summa po-
testas uti-
tur.* Atq; haecenus eos, per quos summa potestas Rem-
publicam administrat, sive quos in partem quasi imperij asciscit
proposuimus: Verum & Legibus in Republica opus est: quo ci-
ues vel Subditi sciant, quid ipsis faciendum, quidve omittendū.

55. Tum & ipsos Vicarios leges concernunt: quod juxta illas
munera Reipublicae suae fidei commissa obire coguntur.

56. Verum de legibus in parte tertia dicendum: quod media
sunt, quibus tum subditi, tum potestatis summae vicarij obstrin-
guntur.

57. Sed & ipsa summa potestas, quamvis legibus soluta, secun-
dum leges tamen illam vivere conveniens est.

De Parte Tertia.

1. Subjecto, videlicet Civitate, nec non formā ejus, Repub-
licā, explicatā; nunc videndum de Medijs, quorum operā, feli-
citas obtineri & acquiri potest.

2. *Media, quae
leges, quo-
rum* Sunt illa nil aliud, quam leges universarum actionum
magistra: legum necessitas patet; quod, quos virtutis amor &
vitij non abigit, eos severitas disciplina cogat.

3. Nos vero non leges hujus vel illius Reipublicae propone-
mus: Sed in genere Objecta tantum legum, sive quae ijs compre-
hendi debeant, proposituri sumus.

4. *Objectum
triplex.* Objectum illud triplex est: Vel quatenus singulorum;
Vel quatenus societatum domesticarum: vel deniq; quatenus par-
tium Reipublicae, imperantium videlicet & subditorum, spectat-
ur officium.

5. *1. singuli.* Hinc quatenus singulorum habetur ratio: Pietatis stu-
dium sibi primum vindicat locum.

6. Alterum est Temperantiae: tertium liberalitatis & Ma-
gnificentiae. Quartum fortitudinis & Magnanimitatis: Quin-
tum Mansuetudinis, veracitatis, humanitatis & Urbanitatis:
Sextum deniq; Justitiae particularis studium.

7. Ex his namq; legum, quae honeste vivendi rationem mon-
strant, materia depromitur. Ita